pupillariter substituere possit, n. 6 ibi per illum text. l. 32 tit. 9 p. 6. — Pater per quæ verba substitutionem pupillarem facere possit, et quis probet filium in pupillari ætate decesisse, ibi n. 7, 8 et 9. — an possit à substituto filii sui exhæredati aliquid relinqui, vel ab ipso in aliquo gravari, n. 4 et 5 l. 6 ibi. — naturalis, et legitimus an filio substituere possit, n. 4 cum aliis ibi, l. 9 per illum text. tit. 5 part. 6.—an possit minori tempore taxare metam pupillaris substitutionis, n. 2 l. 10 ibid.—si filio suo impuberi pupillariter substituerit, et ejus testamentùm ex causa præteritionis, vel exhæredationis rumpatur, an substitutio pupillaris conservetur, n. 15 ibi per illum text.—potest filium suum furiosum exemplariter substituere, et quando non, et quid si illum exhæredat, n. 1 et 2 cum aliis ibi, l. 11 tit. 5 part. 6.—si filio suo substituerit vulgariter, an per hoc illum præterisse, vel instituisse dicitur, n. 2 l. 5 t. 8 part. 6.—an et quando à substituto filii exhæredati aliquid legare possit, n. 8 l. 3 t. 9 part. 6.

Pater gravatus restituere, an possit duas quartas deducere, legitimam scilicet, et Trebellianicam, n. 23 l. 12 tit. 5 part. 6. — si cum jure regni teneatur tertiam partem bonorum filii, cum ipse voluerit, restituere, si ipse illud ita facit, an ex tali tertia parte possit quartam Trebellianicam deducere, ibidem. — quando gravatur hæreditatem restituere, an si ex ea fructus percepit, illos in suam legitimam computare teneatur, n. 8 l. 8 tit. 11 part. 6.

Pater occupans bona filii jure peculii, an ad confectionem inventarii teneatur, n. 1 l. 5 tit. 6 part. 6.

Pater exhæredans, et exhæredatus. — Pater an possit exhæredare filiam contrahentem matrimonium ante vigesimum quintum annum eo invito, saltim quando ipse pater illam cum alio digno volebat desponsare, et ipsa noluit, et postea cum indigno nupsit, n. 4 l. 10 t. 1 part. 4. — Et quid si cum aliquo clandestinè contraxit, an stante lege Tauri pater illam exhæredare possit, ibidem in fin.—Pater an possit exhæredare filium masculum contrahentem matrimonium eo invito, eodem modo sicut est in filia, n. 7 l. 11 per text. ibi, tit. 1 p. 4. — si exhæredatur, an nepos, cui hæreditas defertur, acquirat patri usumfructum, n. 5 l. 5 tit. 17 part. 4. — si cum justa causa à filio fuerit exhæredatus, extraneo hærede instituto, an talis hæres patrem alere debeat, quando in summam egestatem devenit, n. 6 l. 6 tit. 19 p. 4. —Et an defuntus filius ad alimentandum teneretur, si viveret, et justam causam exhæredandi habet, ibid. — Et an tunc hæres extraneus teneatur, si sint nepotes vel alii, qui patrem jure sanguinis alere tenentur, ibid. in n. 7.—Pater si prætereat vel sine causa exhæredet filium emancipatum, ita ejus testamentum rumpitur, ac si suus esset filius, n. 2 l. 20 t. 6 part. 6.—si filium vel filiam injustè exhæredaverit, ejus testamentum non valet, et potest querellari, n. 2 l. 1 tit. 7 part. 6.—si maledicat filium, an per hoc dicatur illum exhæredare, n. 3 d. l. 2.—an habeat necessè exhæredare nepotem, quando filius suus obtinet primum locum in successione, n. 4 l. 1 tit. 7 part. 6, et n. 1 l. 1 tit. 8 part. 6. — an possit filium in codicillis exhæredare, et quando sic, n. 1 l. 2 tit. 7 part. 6.—si filium in testamento exhæredavit, an exhæredatio teneat, si ex aliqua causa testamentum rumpatur, ibi n. 2 et 3.—non potest posthumum exhæredare, et quare, n. 1 l. 16 tit. 6, et n. 5 l. 2 tit. 7 part. 6.—si filium suum exhæredaverit, qualiter illud nominare, et ostendere debeat, et quibus signis, ut exhæredatio valeat, gloss. l. 3 per text. ibi, tit. 7 part. 6.—ex pluribus causis filios exhæredare potest, de quibus per gloss. l. 4, 5 et 6 per illas ll. ibi, tit. 7 part. 6.—si causam ingratitudinis commiserit, ex quo à filio possit exhæredari, an à filio alimenta petere possit, et an perdat jus paternum, num. 2 l. 4 tit. 7 p. 6.—an possit filium exhæredare ex aliis causis æquè gravioribus expressis, dict. num. 2 dict. l. 4, et num. 3 l. 8 tit. 7 part. 6.—qui ex justa causa filium exhæredavit, an exhæredationem revocare videatur, si se cum eo reconciliavit, dict. num. 2 in fin. dict. l. 4 t. 7 p. 6. — Et quid si patrem non percusit, sed manum tantum levavit minando, n. 3 dict. l. 4. — Pater, qui propter ingratitudinem filii illum exhæredat, locum et tempus commissæ ingratitudinis probare non tenetur, hæres verò sic, n. 15 dict. l. 4.—an possit exhæredare filiam non renuntiantem Vellejanum, et fideijubentem pro eo, cùm esset carceratus, n. 18 dict. l. 4.—an et quando poterit filiam exhæredare, quæ luxuriosam vitam elegit; et plura in hoc vide per n. 5 et 6 dict. l. 5.—Et quid si ante mortem patris se correxit, an exhæredari possit, et an patrem dotari, vel alimentari debeat, ibi num. 7.—Pater an possit filiam exhæredare, quæ cum esset ætatis viginti quinque annorum, cum indigno matrimonium contraxit, n. 8 dict. l. 5. — si plures causas exhæredationis contra filium expresserit, an sufficiat unam tantum ex eis probare, n. 2 l. 8 tit. 7 part. 6.— quando dicitur filium exhæredare ante gradum, vel post, vel in gradu, et quid si fiat post omnes gradus, vel ante, cujus effectus sit, et an tunc admittatur probatio in contrarium, n. 2 et 4 l. 9 ibid. — an debeat filium exhæredare ab omnibus hæredibus, vel an exhæredatio teneat, si ab uno tantum fiat, dict. n. 4. — qui exhæredavit filium ingratum, ipse causam ingratitudinis probare tenetur, et quare, et an ejus hæres, n. 6, 7 et 8 l. 10 per text. ibi, tit. 7 part. 6.—an et quando, et ex quibus causis à filio exhæredari potest, gloss. l. 11 per text. ibi, tit. 7 part. 6.—si filium præteriit, et neminem hæredem instituit, an legata tunc debeantur, n. 7 l. 7 tit. 8 part. 6.— Et an institutio valeat in quinta parte, etiamsi testamentum rumpatur ex aliqua parte, dict. n. 7 in fine.

Pater tutor, vel curator, et pater quando filiis suis tutorem non dedit, quis ad hoc admittatur, gloss. l. 9 per text. ibi, tit. 16 part. 6.—cum datur tutor filiis, an satisdare teneatur, n. 5 dict. l. 9.—si filio plures tutores reliquit, an et quando tunc judex unum ex eis eligere possit, et an administrationem concedere, gloss. l. 11 per text. ibi, tit. 16 part. 6.—an admittatur ad tutelam alicujus minoris, quando ejus filius est debitor minoris, n. 5 in med. l. 14 tit. 16 part. 6.—an filio suo minori debitorem suum sibi procuratorem dare possit, et quando, n. 6 l. 14 tit. 16 part. 6.

Pater nutrire quando filium debeat, quando verò istud ad matrem pertineat, et quid in filiis spuriis, n. 1 l. 3 per text. ibi, tit. 19 part. 4.

Pater negans aliquem esse suum filium, qualiter contrarium probet, et an statim filio alimenta præstare debeat, n. 1 l. 7 tit. 19 per text. ibi, part. 4.

Patena debet benedici, n. 1 l. 14 tit. 5 part. 1.

Patientia quid sit : et plura de hac virtute vide per n. 1 l. 9 tit. 5 part. 2. — Non tamen debet quis tantum pati, quod se contemptibilem reddat, ibid.

Patientes qui propriè dicantur, num. 1 l. 9 tit. 5 part. 2.

Patria est unicuique dulcissima, et unicuique videtur esse præstantior sua patria propria, quam alia ; et amor patriæ et hominum naturalium confert ad conservationem eorum, quæ natura producit in patria illa, n. 3 l. 1 tit. 24 part. 4.—Et impius est qui propriam patriam negligit, dict. n. 3 dict. l. 1 tit. 24 part. 4.

Patria potestas non est in Episcopis, n. 1 per text. ibi, l. 65 tit. 5 part. 1.—an se extendat ad filios clericos, et quid si illi sint Episcopi, n. 6 ad fin. l. 4 t. 19 p. 4, et n. 2 l. 14 tit. 18 part. 4. — facit, ut taciturnitas filii adoptati pro consensu habeatur, n. 2 l. 1 t. 16 part. 4. —est divino nexu copulata ; et de ea vide n. 1 in proœm. tit. 17 p. 4 per text. ibi. — perditur per crimen hæresis patris, n. 11 l. 6 tit. 18 part. 4. — an finiatur per dignitatem à filio adeptam, et qualis ista dignitas esse debeat, et an in odiosis, vel in commodosis istud procedat, n. 1 l. 7 ibid. — an amittatur si pater filium suum dereliquerit, et ad ecclesiæ portas, vel alibi illum ejecerit, n. 1 et 2 l. 4 t. 20 p. 4.—Et in quantum tempus illum petere debeat, ut patriam potestatem non amittat, n. 5 ibid.—et an cum hodie sit sublata differentia emancipationis, et patriæ potestatis in successionibus ab intestato, adhuc durent effectus suitatis, et in quibus, n. 2 l. 25 tit. 3 part. 6.—an expiret per contractum matrimonii filii sui ante ipsius velationem ; et quid si post matrimonium remansit in domo sui patris, num. 4 l. 5 tit. 5 part. 6.

Patriarcha major est in dignitate quolibet Episcopo, n. 1 l. 9 tit. 5 part. 1. — Patriarchæ quam potestatem habeant in diœcesibus suorum Episcoporum, n. 1 l. 9 t. 5 part. 1.—Patriarcha in sedendo debet præferri Cardinalibus, n. 4 in princip. l. 9 t. 5 part. 1.—Patriarchæ jurisdictio in suffraganæis quæ sit, n. 2 l. 10 t. 5 p. 1. —Patriarcha punit Episcopum, sive Archiepiscopum in criminalibus levibus, in aliis verò solus Papa, n. 8 d. l. 10. — et Archiepiscopus idem sunt, n. 9 ibid. — seu Primas, etsi major sit Archiepiscopis in jure, non ita est in Episcopis subditis Archiepiscopis, n. fin. l. 10 t. 4 part. 1. — Patriarchales quatuor sedes quid designent, n. 1 l. 12 tit. 5 part. 1.—Patriarcha quando possit de novo constitui, n. 2 ibid. — Patriarchæ, qui præferantur aliis in sedendo, sive in aliis, n. 3 ibid. — quæ possint facere extra Provinciam suam, n. 1 l. 14 tit. 5 part. 1.—Patriarcha minor est Archiepiscopo, n. 1 l. 15 t. 5 part. 1.—non potest promoveri in Archiepiscopum, secus è contra, ibi.—Patriarchæ sunt ad instar Regum, et an sint personæ spectabiles, vel illustres, n. 2 l. 3 tit. 14 part. 4. — Patriarcha à quo consecretur, n. fin. l. 28 tit. 5 part. 1.

Patrimonium Regis est triplex, n. 3 l. 1 t. 17 part. 4. —filii an vendi debeat, et ad vendendum ipse compellatur, ut patrem alere possit, n. 12 l. 2 t. 19 part. 4.— Regis est duplex, unum fiscale, aliud privatum : de quibus vide n. 2 l. 13 t. 9 part. 6, et n. 2 l. 10 tit. 19 part. 6. — Et an ea, quæ Regi accedunt jure confiscationis, suæ sint, et ab eo alienari possint, ibid. ; et quid in redditibus suis, ibid.—Et an ea, quæ sunt de Principis patrimonio, per aliquem legari possint, ibid. — Patrimonium regale an possit alienari per Principem, vel de ejus mandato, n. 3 et 7 l. 14 t. 9 part. 6, et n. 2 l. 10 tit. 18, et n. 1 l. 28 tit. 11 part. 3.

Patrinus, vel patrini an possint esse monachi, n. 6 l. 6 t. 4 part. 1.—Patrini in baptismo sunt fidejussores parvulorum ad instruendum eos, n. penult. dict. l. 6 t. 4 part. 1, et n. fin. l. 3 t. 7 p. 4. — non semper tenentur ad instruendum filios, et quando sic, dict. l. penult. dict. l. 6 tit. 4 part. 1. — an possint esse plures in baptizando aliquem, n. 1 l. 7 t. 4 p. 1, et n. 3 per text. ibi, l. 1 tit. 7 part. 4. — quid docere debeant baptizatis, et qualiter eos instruere teneantur, qui sunt fidejussores pro eis apud Deum, n. 3 l. 3 tit. 7 part. 4.—Patrinus, vide supra in verbo Compatres, et in verbo Pater spiritualis, et in verbo Patronus.

Patronus ecclesiæ, an debeat consentire in venditione alicujus rei immobilis suæ ecclesiæ, n. 6 l. 68 tit. 18 part. 3.

Patronus liberti, si per pactum expressè renuntiet jure revocandi libertum in servitutem ob ingratitudinem, an valeat, n. 1 l. 29 tit. 11 part. 5.—Patronus, et si permutatio beneficiorum fiat sine consensu patroni, an teneat, n. 8 l. 2 tit. 6 part. 5. — hæreticus si ad fidem revertat, an recuperet jus patronatus, et alia bona, n. 3 quæst. 2 l. 2 tit. 26 part. 7. — si sibi hæredem instituerit libertum suum, an frater ipsius testatoris possit illud testamentum querelare, et quando, n. 3 l. 2 tit. 8 p. 6. —an libertis tutoris dari possint, n. 1 l. 3 tit. 16 p. 6.— si datus sit tutor sui liberti, an satisdare teneatur, n. 5 l. 9 tit. 16 part. 6. — ex quibus causis libertum suum ad servitutem reducere possit, n. 5 cum seq. l. 9 per text. ibi, tit. 22 part. 4.—Et qualis debeat esse injuria, sive offensa, et an in faciendo, vel in non faciendo, n. 4 ibidem. — Et quid si libertus fuit factus clericus, an et post in servitutem revocetur, ibidem n. 6. — Patronus liberti, an à liberto ali debeat, si ipse ad inopiam pervenerit, n. 14 l. 7 tit. 22 part. 4.—an ex justa causa libertum in servitutem reducat, an illud propria auctoritate facere possit, an verò judicis sententia requiratur, num. 7 l. 9 tit. 22 part. 4.—non poterit filium suum in servitutem reducere ob ingratitudinem commissam, quando alius illum redemit, ibidem num. 9. — si cùm possit ingratum libertum in servitutem reducere, si illud facere nolit, sed de eo judicio queratur, an debeat audiri, dict. n. 9 l. 9 tit. 22 part. 4.—an liberto decedenti sine testamento succedat, si libertus fratrem liberum habeat, num. 1 per text. ibi, l. 10 tit. 22 part. 4.—an aliquid in bonis liberti clerici prætendere possit, ibid.

n. 2.—amittit jus patronatus in libertum, si perpetuò fuerit exulatus et aliis multis modis, de quibus per n. 6 cum aliis ibi, l. 11 tit. 22 part. 4.—quando amittat jus patronatus, si à liberto operas exegerit, et an istud jus perdatur ex sola impositione, si non fuit perventum ad exactionem, ibidem n. 9. — si pro operis aliquid à liberto exegerit, an amittat jus patronatus, ut non possit contratabulare testamentum liberti, et etiam jus succedendi illi ab intestato, n. 10 dict. l. 11 per text. ibi, tit. 22 part. 4.—Et idem quod dicitur in patrono, habet locum in filiis, vel aliis descendentibus, et in cognatis, ibid. n. 12 per text. ibi.

Patronus fisci quis esse dicatur; et de eo vide in l. 12 tit. 18 part. 4, et in l. 7 tit. 9 part. 2.

Patronus ecclesiæ principalis, cui aliqua unitur, an efficiatur patronus ecclesiæ unitæ, n. 7 l. 13 tit. 5 p. 1. —Patroni consentire debent in unione ecclesiarum, in quibus tale jus habent, n. 10 dict. l. 13.—Patronus præsentans indignum qua pœna feriatur, et an præsumatur, quòd præsentans sciebat conditionem præsentati, n. 2 l. 26 tit. 5 part. 1. — Patroni ecclesiarum non se intromittunt in eligendis ministris ad serviendum ecclesiæ, sed solus rector, n. 1 in fin. l. 6 tit. 6 part. 1.—Patronus qui ecclesiæ suæ dotem necessariam relinquit, aliquam pensionem sui servitii illi imponere non potest etiam de licentia Episcopi, gloss. l. 55 t. 6 p. 1.—ecclesiæ eam dotare debet, et ante donationem non potest petere, quòd consecretur; et quid si antea consecrata sit, n. 2 l. 3 t. 10 p. 1.—dicitur etiam ille, qui ecclesiam consecrare fecit, et tenebitur eam dotare, si ante dotationem, fecerit consecrare, ibidem.—unde dicatur, et quod jus habeat in ecclesia, in qua tale jus habeat, n. 1 et 2 l. 1 tit. 15 part. 1—habet jus in ecclesia tribus de causis, n. 3 dict. leg. 1.—Et an una causa illarum tantùm sufficiat, ibid.— Patronus non dicitur, qui modicam dotem ecclesiæ confert, ibidem.—an effici possit ille, qui non est de consensu veri patroni, ibidem.—an efficiatur quis ex sola reædificatione, seu reparatione alicujus ecclesiæ, ibidem. — efficitur quis ex sola loci assignatione cum voluntate Episcopi, n. 4 dict. l. 1 tit. 15 part. 1.— quis dicatur, an ille quid incepit ecclesiam ædificare et pœnituit, an ille qui perfecit, n. 5 in dict. leg. 1. — capillæ constructæ in aliquo monasterio, an possit clericum sæcularem ibidem præsentare, ibid. — erit quis, etiamsi dotem conferat post consecrationem ecclesiæ, n. 6 in princ. dict. l. 1. — non efficitur quis ex donatione facta ecclesiæ per illum, nisi illud dicatur; fallit tamen in construente de novo, quia licèt illud non dicatur, videtur dare nomine dotis, n. 6 ibi.—dicitur quis ex fundatione, constructione, vel dotatione, etiamsi expressè tale jus sibi ipse non reservet, n. 6 in fin. dict. l. 1.—quem debeat præsentare, an extraneum, vel proprium patriæ, ibi n. 9.—non præsentat Prælatum ecclesiæ Cathedralis, vel Collegialis, sed tantùm confirmat, n. 10 l. 1 tit. 15 part. 1.—Ad alias verò præbendas canonicorum, vel aliorum citra Prælatum patronus habet præsentationem, ibid. — Patronus potest esse præsens electioni, ibique partes agere, si illud jubet consuetudo, ibid. n. 13.—Et an habebit ibi vocem, sive clericus, sive laicus sit, ibidem.—Patronus ecclesiæ, an possit vocari à presentato ad judicium sine venia prius petita, n. 14 l. 1 tit. 15 part. 1. — debet in ecclesia tenere primum locum inter laicos, ibi n. fin.—si ad magnam perveniat paupertatem ali debet ab ecclesia, neque requiritur in ea summa inopia, n. 1 l. 2 tit. 15 part. 1. — defendere debet ecclesiam, et an expensis illius, vel suis, n. 1 l. 3 tit. 15 part. 1. – an et quando teneatur ad refectionem ecclesiæ, ibid. in princ.—an debeat præstare suum consensum in alienatione rerum ecclesiasticarum, ibidem.—debet idoneum præsentare, aliter non debet per Episcopum admitti, n. 3 leg. 5 ibidem.—Patroni possunt constringi juramento, ut utiliorem ecclesiæ præsentent, si Episcopus timeat, quòd idoneum non præsentabunt, ibidem.—Patronus an possit præsentare Religiosum ad beneficium cum cura de sui Prælati licentia, dict. n. 3. — Et an possit consanguineum præsentare, vel filium suum, ibidem.—Et an possit præsentare alium, qui aliud beneficium habet, ibidem.—Patronus an de necessitate teneatur Sacerdotem præsentare, dict. n. 3 in fin. dict. l. 5 tit. 15 part. 1. — præsentans indignum, an privetur potestati præsentandi pro ea vice, vel non; et quid si scienter fecerit, n. 5 dict. l. 5. — potest variare in præsentando, et an pro una vice tantùm liceat variare, an verò pluries, n. 1 l. 6 tit. 15 part. 1.—an ex aliqua cautela possit dari, ut variare, minimè liceat sibi, num. 2 dict. l. 6.—an, et quando possit variare lite pendente inter præsentatos, si tertius voluerit præsentare, dict. n. 2 dict. l. 6.—licèt variare possit, procedit accumulando secundam præsentationem primæ, non totaliter à prima præsentatione recedendo, n. 3 l. 6 tit. 15 p. 1.— variare non potest in malum, vel pejus, sed in æquè idoneo, vel meliori, ibid. in n. 4. — potest duos, vel tres simul præsentare, licèt patronus clericus sit, n. 8 dict. l. 6 tit. 15 part. 1.— laicus potest voluntatem suam mutare, et alium præsentare, si Episcopus nondum primam præsentationem non confirmatus fuerit, n. 1 l. 7 ibid. — In Clerico verò patrono est secùs, quia variare non poterit, nec secundo præsentare, ibid. n. 3.—Quod procedit si tanquam clerico tale jus sibi competeret, secùs si ratione patrimonii, quia hic sicuti laicus poterit variare, n. 2 ibidem.—Patroni duo si simul in unum præsentandum consenserit, an unus ex eis postea liceat variare, n. 3 ibidem.—Patronus clericus se ipsum præsentare non potest, et quomodo liceat, ibid. n. 5.—Quod limita, nisi plures sint patroni, unusque ex eis sit clericus, quia licitè præsentat, n. 6 per text. ibi, in dict. l. 7. —Patronus efficitur quis ex sola hæreditatis aditione, licèt possessionem rerum non habuerit, n. 4 l. 8 tit. 15 p. 1. —jus suum compatrono donando, an Episcopi consensu illud facere debeat, n. 6 ibi.—Et an talis consensus debeat præstari ante factam donationem, vel post, n. 7 ibidem. — Patronus qui est in possesione juris patronatus, potest præsentare, lite super proprietate pendente, talis tamen præsentatio non debet per superiorem admitti, n. 6 l. 9 tit. 15 part. 1.—Secùs si lis sit super possessione, et quæ sit de hoc ratio, ibidem. — Patronus debet esse bonæ fidei possessor illius juris, quantum ad hoc, ut ejus præsentatio valeat, n. 8 l. 9 tit. 15 p. 1.— an possit præsentare post motam litem super jure patronatus, n. final. ibi.—Patroni dissentientes inter se in præsentando, quid tunc fieri debeat, n. 2, 5 et 7 l. 10 tit. 15 part. 1.—Patronus ecclesiasticus, sive laicus intra quantum tempus debeant præsentare, n. 1 l. 11 ibidem.—laicus, qui ex privilegio apostolico habet ponere custodiam ecclesiæ vacanti, an talis laicus patronus possit ibi ponere œconomum, n. 4 l. 11 tit. 15 part. 1.— Ex quo sequitur an Reges Hispaniæ habeant ex consuetudine istud jus, ibidem. — Patronus qualis, si plures sint, debeat magis honorari, n. 6, 7 et 8 l. 12 tit. 15 part. 1. — Patroni dissentientes in præsentando, Episcopus debet illum instituere, quem præsentat ille, qui plus ecclesiæ contulit, quia hic Episcopus optionem non habet, dict. n. 7.—Patrono mortuo, vel decedente sine hærede, ad quem pertineat jus providendi, et præsentandi, n. 1 l. 13 tit. 15 part. 1. — Patroni prius debent filios ecclesiæ præsentare, quàm extraneos, n. 2 et 3 dict. l. 13. — Patronus an de necessitate teneatur ad ecclesiam præsentare aliquem de intitulatis ad illam, qua de causa fuerunt ordinati, n. 3 l. 14 ibidem.—sine consensu Episcopi non potest aliquid disponere, quod sapiat modum vivendi in ecclesia, vel aliquam spiritualitatem, n. 2 l. 15 tit. 15 part. 1. — Nec poterit aliquid disponere de juribus ipsius ecclessiæ in præjudicium Episcopi, ibidem. — Patronus si negligens sit, cui devolvatur potestas præsentandi, n. 1 ad fin. l. 9 tit. 15 part. 1.—Patrona an possit esse fœmina, n. 4 l. 8 tit. 15 part. 1.

Patronatus jus, vide supra in verbo jus patronatus.

Patruus an excludat nepotem ex filia, quando fuit exclusa per testatorem à successione majoriæ, num. 2 quæst. 18 l. 3 tit. 13 part. 6. — an requiratur, quòd sit utrinque conjunctus, si velit nepoti, seu sobrino suo succedere, n. 1 l. 5 tit. 13 part. 6.—non continetur appellatione nepotis, num. 1 l. 6 tit. 13 part. 6. — excluditur per nepotem, seu sobrinum, et quando, etiamsi cum eo sit in pari gradu, ibi n. 3.—an teneatur neptem suam dotare, n. 6 l. 9 tit. 11 part. 4, et n. 6 in fin. l. 2 tit. 19 part. 4. — Et an filius fratris naturalis patruo suo succedat, sicuti poterat succedere ejus pater, n. 8 l. 12 tit. 13 part. 6.

Pauper an possit divitem compellere ad sibi mutuandum, et an et quando super judiciis officium, n. 1 in procem. tit. 1 part. 5.—Et non obstat, quòd aliquis sit pauper, vel non, ut de eo aliqua considerari possint, si bonos mores habeat, n. 3 l. 4 tit. 2 part. 5.—Pauper si præferat suas res vilissimas pretiosioribus, alienis in eo depositis, an in eo tunc dolus esse præsumatur, n. 8 l. 4 tit. 3 part. 5.—studens an plus commendandus sit, quàm dives, n. 16 in procem. Part. — an debeat à doctoribus gratis licentiari vel doctorari, n. 9 l. 10 tit. 17 part. 1.—Pauperes inventi in officio præsumuntur affectasse officium, n. 2 l. 2 t. 9 part. 2.—Pauper cùm opprimitur à potente, etiamsi latenter lacbrymatur, ejus clamor tacitus in excelso auditur, n. 5 l. 5 t. 3 part. 3. —Pauperes an possint esse testes, num. 19 l. 8 tit. 16 part. 3.— Pauper, an tabellionibus et advocatis aliquid solvere debeat, et quando, et an causa, sive litigium ipsorum scriptura redigi debeat, et in actis, num. 3 l. 6 tit. 22 part. 3. — Pauperes qui dicantur, sive agatur de magno, sive de parvo præjudicio, n. 2 l. 20 tit. 23 p. 3. —Et cui incumbat onus probandi aliquem esse pauperem, dict. n. 2 ad fin. — Pauper præsumitur ille, qui malè vestitus ambulat, et ibi de aliis modis probandi paupertatem, dict. n. 2.—uti potest de rebus communibus civitatis, sicuti potest dives, n. 8 leg. 9 tit. 28 part. 5. — Pauperibus qualiter consulatur, quando divitis in pascuis communibus multas greges immitunt in eorum damnum, n. 9 l. 9 tit. 28 part. 3. — Pauper, et an relictum alicui tanquam pauperi, sibi debeatur, si dives sit, si relinquens illud ignorabat, n. 4 in fin. leg. 21 tit. 1 p. 6.—Pauperes alicujus loci, si sint ab aliquo hæredes instituti, an tunc bona mobilia, et immobilia debeant vendi, ut pretium eis detur, n. 1 l. 20 t. 3 p. 6.— Et qualiter inter eos debeat fieri divisio, et inter quales, et per quos, et alia in hoc vide per gloss. dict. leg. 20. — Et quid si testator nominationem pauperum suo commissario relinquit, quos tunc ipse eligere teneatur, ibid. n. 7. —Et si bona jubeantur distribui inter pauperes, qualiter hoc fieri debeat per executorem, n. 2 l. 3 per text. ibi, t. 10 p. 6.—Et intra quantum tempus iste elector eligere debet, et quid si nolit, ad quem devolvatur electio pauperum, n. 3 l. 7 ibid.—Pauper non dicitur filius, qui habet patrem divitem, n. 6 l. 7 tit. 13 p. 6.—an et quando et qualis de delicto accusare possit aliquem, n. 11 et 12 l. 2 per text. ibi tit. 11 part. 7. — quis propriè dicatur, dict. n. 12 dict. l. 2 t. 1 p. 7, et n. 2 l. 20 t. 23 p. 3.—

Paupertas ecclesiarum est justa causa uniendi eas, n. 7 l. 13 t. 5 part. 1. —facit hodie aliquos studere, si enim divites sunt, de hoc non curant, n. 5 l. 2 tit. 7 p. 2.— Paupertatis probatio cui incumbat, n. 2 ad fin. l. 20 t. 23 part. 3.—Paupertas ad delictum trahit, sed ob hoc mulieres, quæ turpem vitam eligunt, non excusabuntur, n. 2 l. 2 tit. 9 part. 2, et n. 2 l. 5 tit. 3 part. 4.—patrem excusat, ut filios alere non compellatur, n. 1 cum sequent. per text. ibi l. 4 tit. 19 part. 4.—excusat ab appellando, et an detur secundus annus propter inopiam ad prosequutionem appellationis, ibid. — an impediat pœnas judiciales, et an excuset in criminalibus, et an excuset à solutione collectæ, vel ab aliis muneribus publicis, et an à perjurio, et à cautione, quam debet præstare ususfructuarius, n. 1 l. 4 tit. 19 part. 4. — an excuset à prælatura, vel à tutela, num. 12 l. 2 tit. 17 part. 6.

Pax à capitaneis, an et quando fieri possit, n. 15 l. 2 tit. 1 part. 2. — Pax est stricti juris, et non se extendit ad alia, quam scilicet in pace contenta fuerint, n. 1 l. 31 tit. 18 part. 2.—an videatur facta, si tempore pacis Rex in confinibus regni sui faciat castellum, ibid. — Pacem rumpens si monitus et requisitus damna non emendet, perdit castra posita sub fidelitate, et alter potest illa sibi occupare, n. 2 ibid.—Pax inter plures facta si unus violet, et jurata sit, alius propter hoc violare eam non debet, n. 6 l. 28 tit. 11 part. 3. — Et an rumpat pacem qui facit furtum, dict. n. 6 in fin. — Sed quid si unus alterum vulneravit, an ne alter pacem etiam juratam servare debeat, n. 7 l. 28 tit. 11 p. 3. — Et quid si of-